Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

declinans. V. R. Felices virgines vincunt mun-
dum. Que post victoriam vinci non norunt
V. Hee de prelio redeunt et hostem victrices mo-
riendo devincunt. Que post victoriam.
Hic de sua nobili coniuge suscepit fi-
liam quam ursulam nominavit. Hec rega-
li more educata sapientia honestate
pulchritudine omnes precellebat. fama hu-
ius ubique evolat. et omnium oculis gra-
ciosa. Tu. R. Has virgines et fidei et corporis
commendat integritas. Has vite sanctitas et virtuto-
rum exaltat humilitas. V. Nomen quod sempi-
ternum dabit eis dominus quod non peribit. Has vite.
Virgo vero nobilissima creatoris sui
in se beneficia recognoscens. non efferri
de talibus sed illi soli placere studuit. a
quo se totum accepisse cognovit. R.
Innumerabilis virginum chorus spreta liberorum
propagine. Desponso qui in celis est perhenni me-